

ELECTVARIA

PVRGANTIA MOLLIA.

Diacassia Nicolai Præpositi, *additis æquis partibus Cassia & Mellis, ac non decocta Cassia.*

Catholicum { Ex pulveribus
Ex infusione pulverum,
Sena & Rheo duplicatis
sic parandum, ut sequitur.

*Catholicum ex infusione pulverum,
Sena & Rheo.*

℞. Rad. Polypodii semisiccati
Foliorum Senæ mundatorum ana ℥ vj.
Vioiarum ℥ iij.
Sem. Anisi & Fœniculi dulcis ana ℥ ij.
Glycyrrhizæ rasæ
Quatuor Sem. frigidorum maiorum mundatorum ana ℥ j

Contusa omnia (exceptis Sena, Seminibus frigidis maioribus, & Floribus Vioiarum) macerentur horis xxij. in aquæ fluviz quâtitate sufficiente (vel ℔ v.) postea coquantur leniter in balneo Mariæ. Paulo antequam ab igne removeantur, adde Senam, Semina frigida maiora, & Vioiarum

℞ e

larum

larum Flores. Macerentur calide aliquot horas in balneo. Vbi refrixerint, linteolo colentur, & exprimantur leviter. Colaturę pars una servetur pro infusione Rhabbari: Altera iterum coquatur, donec in consistentiam Mellis crasset: adiectis Sacchari albi lib. viij. & addendo in fine decoctionis infusionem unciarum viij Rhei electi, seorsim factam in parte reservata decoctionis Polypodii. Iterum coquatur, sed lento igne.

Postea ab igne remotis adde Florum Cassię (extractę ad vaporem decocti præscripti) & Tamarindorum an. ζ viij. Sacchari Candi, & Penidiorum ana ζ β .

Fiat Electuarium.

Tryphera Persica Mesurę, ex correctione Fratrum Minorum, apud Ioubertum.

Diaprunis \int Simplex.

Nicolai. \int Solutivus. *Et quia brevi acescit, quo tempore Pruna recentia desunt, paretur ex Pulpa decoctionis Prunorum, potius quam ut acidum in usum recipiatur.*

Confectio Hamech maior, apud Mesuem. *Huic cur minorem, minus efficacem, præferat Ioubertus, non video. Ingrata est: sed non detur delicatis. Neque reprobandum puto Serum lactis, quod longis infusionibus acescat (parcant mihi docti viri.) Nam Serum non ideo reiciculum, quod acidum.* Tale enim & tenuius

mius

nuius est, & magis refrigerat; ideoque magis do-
 mat acrium acrimoniam, & feliciter eorum quae
 infunduntur vires elicit. Denique cur in hac Com-
 positione improbabitur Serum acidum, cum in
 Tryphera Persica & Diaphanico feratur Ace-
 tum? Verumtamen, si displicet quod in hac Com-
 positione multa sine arte & confuse traduntur:
 Nam cur Rhabarbarum coquitur? (coquitur qui-
 dem Mesia; sed recens, puta, compactum ac vali-
 dum: at nostrum inveteratum, laxum, propterea-
 que evanidum, constat coctione vim catharticam
 amittere. An non Cassia & Manna cum Tama-
 rindis cocta corrumpuntur? An non Dacrydii vi-
 res coctione exsolvuntur? praterquam quod sic aliis
 non facile Dacrydium commiscetur, ita ut in om-
 nibus Compositionis partibus par facultas non
 reperiat? si cui, inquam, hac displicent, prae-
 feratur ea, quae ex Fernellii censura & artificiosior &
 efficacior est; cuius descriptio sequitur.

Confectio Hamech, ex censura
 Fernellii.

℞. Corticum Myrobalanorum citrina-
 rum $\frac{3}{5}$ ij.
 Myrobal. Cepularum Myrob. Indarum
 Violarum Colocynthidis
 Polypodii querni ana $\frac{3}{5}$ j. β.
 Absinthii Thymi ana $\frac{3}{5}$ β.
 Seminum Anisi Fœniculi

℞ 2

℞ 0.

Rosarum rubrarum ana ζ iij.

Tusa omnia macerentur per diem in lib. ij. Seri lactis: deinde coquantur ad libram unam. Fricentur manibus, & exprimantur.

Colaturæ adde

Succi Fumarix Pulpæ Prunorum, & Vvarum Passarum ana lib. β .

Sacchari albi Mellis despumati an. ss . j. Coquantur ad consistentiam Mellis: inspergendo sub finem

Agarici & Senæ pulveratorum ana ζ ij.

Rhabarbari triti ζ j. β . Epithymi ζ j.

Diacrydii ζ vj.

Cinnamomi ζ β . Zingiberis ζ ij.

Sem. Fumarix Anisi Spicæ Nardi an. ζ j.

Fiat Electuarium.

Benedicta laxativa Nicolai Alexandrini.

Hiera picra simplex, mellita, Galeni.

Hiera diacolocynthidos Pachii, ex Scribonio Largo, bono medico, in usum revocata.

Hiera Lagodii, Nicolai Myrepsi.

Caryocostinum Garyoponti, apud Ioubertum capite de Benedicta.

Hydragogum Fernelii { Maius.
Minus.

Nullum vulgo extat Hydragogum in Officinis. Ideo duo hac hic addenda existimaui. Minus mitius est, ita ut gravidis etiam dari possit: Maius validius, & non nisi paulo robustioribus idoneum.

Hy-

Hydragogum minus Fernelii.

℞. Succī Rosarum pallidarum ℥̄ β.
 Sacchari albi Mellis optimi ana ℥̄ xv.
 Coquantur dum expumaverint & crasse-
 scant. Tum adde
 Succī radicū Ebuli lib. j.
 Prassii ficci Sem. Fœniculi tritorum
 ana ℥̄ ij.
 Acinorum Ebuli & Sambuci ana ℥̄ ij.
 Cinnamomi ℥̄ vj.
 Macis Galangæ ana ℥̄ iiij.
 Coquantur igne lento, in Mellis cras-
 sificem.

Hydragogum maius Fernelii.

℞. Seri lactis lib. viij.
 Sacchari albi Carnis Cydoniorum ex
 aceto coctorum ana ℥̄ x.
 Mannæ Calabrinæ ℥̄ v.
 Coquantur igne lento, ad Mellis consi-
 stentiam. Sub finem adde
 Foliorum Laureolæ præparatæ ex Oleo
 Amygdalarum dulcium & Aceto ℥̄ ij.
Præparatio Laureolæ sic faciendæ: Folia
 Laureolæ macerentur horis xxiiij. in Ace-
 to & Succo Portulacæ, vel Mali Granati:
 modice coquantur: exprimantur, siccen-
 tur, terantur. Deinde affunde Aquæ Ro-
 sarum
 ℞ 3

farū lib.ß. Olei Amygdalarū dulciū ʒj.ß.
 Bulliant rursus ad consumptionem aque.

Pulvis cum superstitute Oleo addatur in
 Compositionem.

ELECTVARIA PURGANTIA, SOLIDA.

Diacarthami Arnaldi de Villa Nova,
 apud Silvium. *Hoc Electuario nullum in usū
 frequentius; nullius descriptio in Dispensariis mi-
 nus constant.*

De Succo Rosarum Nicolai Præpositi,
*cum suo Scammonio toto, contra sententiam
 Silvii; ut vere sit Calcar medicinarum.*

De Citro solutivum Guidonis, apud Iouber-
 tum. *Nam in aliis fere Sena omittitur.*

ELECTVARIA VOMITORIA.

Electuaria vomitoriæ. { Mitius.
 { Validius.

*Nulla extant in Officinis & Dispensatoriis
 vulgaribus vomitoria composita. Ideo & hæc
 hic addere, optimum putavi. Scio parari posse in
 rem presentem, sed que careant beneficio fermenta-
 tionis.*

Mitius, Diasarou dictum Fernelio, sic
 paratur.

Dia-